



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Caput XXIV. Opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

14. num. 1. & conf. 21. num. 13. & conf. 32. n. 40. cum seq. & conf. 75. num. 9. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 70. Pereg. de fideicom. art. 1. num. 33. & art. 34. num. 72. Surd. conf. 115. num. 14. cum seq. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. O. conclus. 136. per totum. Mari. Anton. par. resolut. lib. 1. resolut. 97. num. 4. & resolut. 117. num. 40. Rot. decis. 672. num. 3. in fin. apud. Farinac. part. 1. recent. Alex. Trentacinq. conf. 3. num. 20. part. 1. (Sufficit enim aliquem gravari in uno, nec debet gravari in altero. Cuiacius ad leg. 6. de tribut. action. Cum grave sit, quod quis uno onere prematur, at multo gravius, si duplici onere suffocetur. l. cogi 16. §. inde quæritur 3. ff. ad SC. Trebell. Tiraquell. in tract. retract. tit. 1. §. 1. gloss. 18. num. 9. Barbat. conf. 1. num. 5. lib. 3. Bertrand. conf. 463. vol. 4. Cravett. conf. 201. num. 23. & respons. 1. pro genero. num. 438. Cephal. conf. 15. 4. num. 9. Natta conf. 160. num. 34. & conf. 447. num. 14. Lud. Zundt. in respons. pro uxor. num. 83. 4. unde dici consuevit: quod qui semel satisdedit, non oportet per singula momenta cum exactiōe satisfactionis onerari. l. 3. §. ult. ut in posse §. legat.)

XIX.

ONERA plura quis subire non debet eodem tempore. l. si cum dotem 22. §. si pater 3. ff. soluto matrim. Feder. de Senis consil. 151. Thematiale est, n. 4. vers. præterea nemo. Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. O. concl. 137.

XX.

ONUS qui sentit, debet sentire etiam commodum. l. 1. ff. de instit. action. l. secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur. (cap. qui sentit §. 5. cod. in 6. c. cum ab omni specie 10. circ. med. extra de vit. & honest. Cler. C. A. consil. 35. n. 38. vol. 1.) Oldrad. conf. 211. n. 2. vers. visa. Alex. consil. 47. Perspectis col. penult. num. 4. lib. 5. Anchar. conf. 217. Dubium facit. num. 4. ubi quod non est ferendus is, qui vult commodum, & non vult sentire onus, l. unic. §. pro secundo 4. Cod. de Cuduc. tollend. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 15. Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. O. conclus. 144. Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de favore Clericorum Canonis. §. 2. num. 28. Menoch. conf. 738. num. 9 (Quinimodò iustum, ut ibi sit onus, ubi est honor, & ubi est iucrum, ibi etiam sit damnum, l. 1. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 2. §. damnum 11. ff. ne quid in loc. publ. l. si igitur §. 5. in fin. ff. pro soc. Pacian. 1. conf. 7. num. 56. intelligitur enim onus recepisse, qui honorem recipit, cap. tuas

7. extr. de major. & obed. adde & tritum illud: quem non honoro, cum nec onerare possum. l. 21. §. ult. ff. de legat. 1. Et qui gravatur in uno, relevari debet in alio. l. cum qui. 30. ubi gloss. de iurejur. l. id quod 7. ff. de peric. & comm. rei vend. l. manifestissimè 22. §. 1. C. de furt. l. si is qui 15. §. fin. ff. de legat. præst. Conf. Arg. 1. conf. 34. num. 38. Aliquando tamen ex facto suo quem oneribus subijci, licet nulla vicissim percipiat commoda. text. est in l. pen. de adopt. vide eleganter Bernhard. ab Enenckel. lib. 2. de privileg. 4. n. 114.)

XXI.

ONUS extrinsecum non minuitur, etiam diminuto emolumento. l. liberto 21. §. 1. de annuis leg. Caltr. conf. 465. circa med. lib. 1. Card. Tusch. d. tom. 5. lit. O. concl. 43.

XXII.

ONUS adjectum rei facit, ut res transeat cum illo. Vid. infra lib. 16. cap. Res. ax. 11. ver. intellige.

CAPUT XXIV.

Opera.

Axioma I.

Opera non solum sunt respicienda, sed etiam circumstantiæ operum, cap. occidit 14. 23. quest. 8. tempus, c. quis ignorat 6. c. 3. cum seq. 32. quest. 4. c. fraternitatis 7. dist. 34. causa, c. legi 13. cum seq. d. quest. 8. voluntas, c. non est 10. cum tribus seq. 15. quest. a. c. cum qui 4. b. dist. 50. personarum differentia, c. homo 5. dist. 40.

II.

Opera bona vigilanter sunt facienda, c. fratrem 6. dist. 86. opera enim bona quando facimus, Deus plus bonum respicit animum, quam actum. cap. si quandoque 1. in fin. 15. quest. 6. siquidem extra fidem ea non valent, c. si missi 3. extr. de heret. unde ubi Christus non est fundamentum, operis nullius boni potest esse adificium. cap. cum Paulus 26. 1. quest. 1. nec opes male inchoatum bonum finem habere possunt. c. Principatus 25. 1. q. 1.

III.

Opera non sunt præcipitanda, sicut nec consilia. c. ponderet 14. in pr. dist. 50.

CAPUT XXV.

De Operis Rusticorum.

Axioma I.

Quoties de operis rusticorum quæritur, toties illæ strictè explicandæ seu interpretandæ, nec facillè extendendæ, quia operæ rusticorum respectu sunt odiosæ, odiosa autem sunt restringenda. cap. odia 15. de R. J. in 6to. hinc operæ rusticorum non possunt imputari in alias similes